



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XLVIII. Qvæ Zeli Animarvm incentiua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Rom. 15. v. 19. quamuis ad tertium cœlum raptus peruenit, quamuis Paradisi spectator fuerit, quamuis denique, arcum nobis verborum auditor, 2. Cor. 12. v. 2. 3. 4. Hæc Paulus, & quis eodem spiritu pradius est.

CAP. XLVIII.

DE ZELI ANIMARVM
incentiua.

Fructus sanguinis Christi in multis perit ob zeli defectum.

H Vneprudentem & sanctum zelum, vt concipiant Ecclesiastici. Intueantur Christum seruatum peritatem miserantem, & iure conquerentem quod sacrosancti sanguinis sui pretium tam misere & infructuose pereat. Phil. 2.

Anima præ qua utilitas in sanguine meo? Ita. 49. v. 4. In vacuum labantia & ui, sine causa, & vanæ fortitudinem meam consumpsi.

Dei erga eam amor zeli inuita-menta. §. Animaduertant quanta sit vnus etiam anime dignitas quam nec totus aspeçtabilis mundus sequare potest, quod Christus Dominus noster commat Matth. 16. ver. 26. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur & anima sua detrimentum patitur? Deum quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quare sapientissimus ille mercator Deus, qui pro mille mundis, nec sanguinis guttulam dedisset, pro anima vniuersi cum sanguine vniuerso libentissime profudit preciosissimus pro singulis animabus eadem & acerbiora tormenta sustinere, quæ sustinuit pro omnibus si opus pretium fuisset. Hæc anima expressa Dei imago & similitudo est, capax diuinitatis, qua sola eius cupiditas expleri potest, par angelis, filia & sponsa Dei, hæc æternæ felicitatis. Quis labor, quis sumptus pro hac*

Animarum conservatio summo opere probatur Deo. §. Attendant & reputent quod Deo charissimæ sint animæ & earum lucrum gratissimum. *Parcis, inquit Solomon Sap. 11. v. 27. omnibus, quoniam tua sunt Domine, pro Deo.*

amas animas. Hoc ingens gaudium suum declarauit Lu. 15. cum ait: Congratulamini mihi quia inueni ouem meam qua perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente. Ecce Deum cœlitusq; vniuersos vnus animæ exhilarat conuersio, quanta ergo lætitia eos perfundit, quando plurimæ conuertuntur. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam æternam. Tanti facit, tantopere amat Deus animas, vt pro earum salute vnigenitum, & dilectissimum filium suum morti exposuerit. Et Ioan. 21. Christus Dominus noster hortatur S. Petrum, vt eum amorem, quo se prosequeretur, cura erga ouiculas suas testatum faceret. §. Proinde optime Sanctus Chrysostomus homil. 3. in Genes. Nihil ita gratum est Deo, & ita curæ vt animarum salus, sicut clamat Paulus dicens: 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et iterum Deus ipse ait Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuatur. Et propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neq; vt supplicis nos torqueat, sed vt saluet, & ab errore liberatis, regno nobis frui concedat. Et cum Deus sit propter nihil aliud meam induit carnem, & alia humana sustinuit, & crucem quoq; suscepit. Hæc omnia cum sciamus præ omnibus aliis huius vite curis de salute animarum loquamur, proximis eandem illis sollicitudinem ingerentes.

§. Considerent & perpendant eximium ac maximum præmium iis propositum, qui animas à Diabolo ad Deum, à vitio ad virtutem traducunt. Dan. 12. versic. 3. Qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stella in perpetuas æternitates. Matth. 5. v. 19. Qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum. Matth. 25. Seruum qui a'ios qui acceptis talentis lucrum fecerat, ita Deus alloquitur: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis iungunt, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

§. Jac.

Deus ad æternam hominem salutem condidit.

Conuertenti animas eximia in cœlo gloria. Eximia Christo ad

§. Iacob. 5. v. 20. Qui conuerſi fecerit peccatorem a peccatore via ſua, ſaluabit animam eius à morte, & operiet multam delictum peccatorum. Qui ad aliorum ſalutem procurandam inuigilant, propriorum peccatorum veniam impetrant, Dei gratiam conciliant, virtutem, meritum, gloriam ſibi exaugent: Vt anima, inquit S. Chryſoſtomus homil. 3. in Genef. corpore melior eſt: ita hi, qui natiuitatibus pecunias & facultates ſuppeditant, maioribus precibus digni ſunt hiſ, qui admonendo & continuo docendo in uitam eternam ſupinos & deſides inducunt monſtrando eum diuinarum virtutum fragrantiam, & vitiorum maleolentiam. Reſum idem Beatus Ioannes Chryſoſtomus homilia ſuper Matthæum opere imperfecti. Omnium quidem bonorum magna eſt gratia, inter omnes autem maxima eſt ſacerdotalis dignitas. Si quis eam immaculatè cuſtodiat: Non ſuper omnia opera ſua preſcioſiores exiſtimat Deus animalium, Matth. 16. v. 26. quanto magis credibile eſt, ut per omnia bona conſtituat eum, qui conſert Deo lucrum æternorum? Matth. 24. v. 47. Non ſolum autem omnibus bonis meliorem indicat hominem, ſed etiam ſui ipſius impoſſibilem prepoſuit ſalutem humanam. Et tamen ingentia præmia benignis eleemoſynarum largitoribus, ut in ſacris ſcriptis legimus, decreta ſunt.

*Exatiffima
de animarum
ſalute poſ-
cenda ratio,*

§. Expendant quam accurata & exacta ratio ab exigenda ſit, quibus animarum cura commiſſa eſt. nunc quidem, ut ait Eccleſiaſticus 17. ver. 12. mandauit Deus de proximo ſuo, & ut diligatur, ſicut ſeipſum, quod legit. Matth. 22. v. 39. Leuit. 19. v. 18. Et proinde uita & illi uelit efficaciter ſalutem eumque, pro uirtutis promotione promoueat, & qui hoc non facit legis & patreus eſt, multo tamen magis delinquit, qui ex officio hoc præſtare deberent, & exactiorem rationem reddituri & acerbiores penas daturi ſunt. Ezech. 17. & 18. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domini Iſrael, & audies de ore meo uerbum, & annuntiabis eis ex me. Si dixeris

me ad impium: Morte morieris: non annunciaueris ei neq. locutus fueris, vt auertatur à via sua impia & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et cap. 34. v. 10. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum. Hebr. 13. ver. 17. Obedite Præpositis vestris & subiaceat eis. Ipsi enim priuigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Bene ergo argumentatur S. Augustinus hom. 7. lib. 50. hom. Si pro se fratres carissimi vnusquisq. vix possit rationem reddere; quid de Sacerdotibus futurum est, à quibus sunt omnium animæ requirenda.

§. Ante mentis oculos ponant, quanta gloria & honore in iudicio ornantur seduli & ardentis animarum salutis curatores i. Theff. 2. v. 19. *Quæ est enim spes & gaudium, aut corona gloria?* Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? vos enim estis gloria nostra & gaudium. Quanta vero ignominia in extremo iudicio negligentes animarum pastores afficientur? qua de re S. Gregorius homil. 17. in Euangelia monet: Pensandū qui opera nostra conuersi luxuriam, auaritiam, superbiam deseruerunt, quod animarum lucrum ac-
cepto talento fecerimus, quomodo in illo districto iudicii examine Petrus Iudeam, Paulus mundum, Andreas Achaïam; Ioannes Asiam, Thomas Indiam à se conuersam in Iudicis conspectu ducent, & alii alias prouincias, & populos, quo tempore Sacerdotes p. defacti obmutescunt nescientes quid dicturi sunt.

Imitandi animarum zelatores.

Pœna negligentium animarum.

§. Cogitent & ponderent, quod etiam negligentes grauissimas Deo daturi sint pœnas. Matth. 25. ver. 30. Inutilem seruum eiciat in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Inutilem ait non prodigum, non dissipatorem, non fraudulentum, non impium, non sceleratum, sed otiosum, torpentem, lucrum & questum animarum non facientem. Hinc & D. Prosper lib. de vita contempl. cap. 20. Illi cui diuini verbi dispensatio commissæ est, etiamsi sanctè uiuat, & tamen perire viuent

uentes aut arguere erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui
tacente perierunt, perit. Et S. Greg. hom. 11. super Ez. Tu-
cidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus.
Et si homicida non habet vitam eternam in se manentem, 2. 10.
annis 2. quae supplicia in animarum interfectores expendantur.

Cuius sit di-
ligens salu-
tis proximi
cura.
Diuini iudi-
cii timor.

§. Quam accurata salutis proximi habenda futu-
tio docet S. Chrysost. lib. 3. contra vituperatores vi-
monasticae; Audiuit profecto fidelis, ait, quaecumque summi
pud nos viri, diuino spiritu repleti, de terribili horrendo iudi-
cio, quod post huius excessum vita sequitur, philosophati sunt. At
ante omnia admonendus est diei illius ac porniciosissimi flammis
in morem decurrentis ignis, eiusque flamma, qua nunquam in-
tingitur, cum solis tollentur radii, lunaque splendor occultatur,
cum stellis decedentibus caelisque conuolutis virtutes cernuntur,
uebuntur, cum vndique concussa & liquecente humo, terrae
alternusque sonitus tubarum concrepabit: cum percurrentibus
vniuersum Angelis, assistentibusque regi millibus, & milibus
millium ministrantibus, aduenientibusque cum ipso iudice ad
obsequium paratis exercitibus, ante castra ipsa caeleste signum
lucebit: cum solum parabitur, & aperientur libri manifestae
illa reuelabitur inaccessa, atque ineffabilis: cum vox illa iudicis
audietur horribilis & metuenda, alios quidem in ignem para-
tum Diabolo & Angelis eius ire praecipientis: alios vero pati-
gentem illam exercitationem, virginitatisque labores ipsius iudi-
ci ianuis arcentis, ministrorumque aliis zizania colligere, qui
in fornacem immittere iubentis: aliis item alios nonnullos con-
peditos, vinctosque post terga manus in exteriores tenebras addu-
cere, atque horrifico dentium stridori addicere: cum hunc qui
impudice tantum aspexerit, illum quod intempestiuo sermone
derit, alium quod maledixerit duntaxat, vehementissima atque
grauissima animaduersione plectet. Nam quod istos quoque
acerbissima maneat, ipsum iudicem audias licet, qui & huius
eiusmodi supplicia intentat. Ad hunc nobis iudicem profectum
dum est, atque diem illum metuendum, in quo nuda & patefacta
erunt omnia, non tantum opera & verba, verum ipse quoque
cogita-

cogitationes & intentiones animi. Nam eorum quoq; delictorū,
qua videntur esse leuia & nulla, terribiles tunc penas expende-
mus. Adeo iudex ipse pari & eadem fere diligentia & nostram
& proximorum nostrorum salutem requirit à nobis: idcirco
Paulus quoq; semper & ubiq; monet singulos, non quæ sua sunt
querere, sed quæ proximorum: Ideo in Corinthios vehementer
inuehitur, q̄ nullam prudentiam, nullamq; curam habuerant e-
ius, qui in grauissimum crimen fornicationis incideret, sed magis
eius vulnus tumidum obduratumq; contempserat. Galatis quoq;
c. 6. eadem scribens aiebat: Fratres, & si praecipuus fuerit ho-
mo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, eiusmodi corrigite.
Thessalonicens: 1. c. 5. itē eadē monita edebat dicens: Itaq; exhor-
tamini inuicē, sicut & facitis. Itemq;: corripite indisciplinatos,
consolamini pusillanimes, sustinete infirmos. Ne quis n. diceret,
quid mea interest, etiā aliorū curare salutem? Qui perit, pereat:
& qui seruetur, seruetur: nihil horum pertinet ad me. Ne quis, ^{in salute pro}
inquā, ista diceret, immanem hanc & prorsus inhumanam cogi- ^{ximi cuique}
tationem iugulans, legib. istis illam sepsit & circumclusit, quib. ^{seritur &}
plurima iuberet nostrorū commodorum negligere, vt proximorū ^{metitur.}
saluti consuleremus, atq; omnib. in locis vite eandem diligentiam
habendā definiuit. Romanis quoq; cū scriberet ingentem illis cu-
rā huiusmodi procurationis imposuit, multumq; in ea parte vo-
luit esse sollicitos, fortes imbecillib. patrum loco esse iubens, eorūq;
salutem curā illis esse admonens. Sed ista in eo loco habentis atq;
consulentis voce magis quam imperantis autoritate mandauit:
alio v. in loco summa cū vehementia auditorū animos perterru- ^{Christus Do}
it, eos qui fratrū salutē negligenter in ipsum Christū peccare asse- ^{minus non}
uerans, Deiq; edificium diruere. Quæ quidem omnia, non vt à se ^{tantum exi-}
inuenta assererat, verum à magistro didicerat. Namq; vnigeni- ^{git, vt vide-}
tus Dei Filius docere nos cupiens, quā istud debitū necessariū sit, in nostris ^{amus adib.}
vtq; hi qui illud reddere negligunt, summis afficiantur incōmodis, quæ praua
aiebat: Quicumq; scādalizauerit vnum ex pusillis istis, expedit ei ^{aut recta ge-}
vt suspendatur mola asinaria circa collū eius, & demergatur in ^{rantur, sed}
profundū maris. Atq; is qui talentum attulerat, non q̄ aliquid ^{etiam & pro}
ex suis cōtempnisset, sed q̄ proximī salutē neglexisset & increpitus ^{ximi salutē}
studiamus.

& sup-

Salutis alie-
na neglectus
existialis.

& supplicio affectus est: itaq; etsi vitam omnem nostram di-
gentissime compositam & instructam egerimus, hac non car-
ta negligentia, nihil consequemur emolumenti, cum ea talis
tanta sit, qua sola in gehenna profunda possit immergere.
enim is, qui proximum in eis rebus, qua ad corpus pertinent, ad-
iuuare noluerit, nulla ratione excusari poterit: verum et si
ginitatem ille seruauerit, extra sponsi thalamum proicietur
is, qui quod multo maius est omiserit, (quippe longe maius
est animarum gubernatio & regimen) cur non mala omnia pe-

Homo à Deo peti merito dignissimus existimetur? Hominem enim non
conditus non sibi ipsi tantum prodesse creauit Deus, sed ut multis. Idcirco
ut sibi uni Paul. quoq; fideles homines luminaria appellat, ex ipsa appella-
tione manifestans, oportere fideles ceteris quoq; videri. Luminaria
quippe quamdiu seipsum tantummodo illuminat, lumen
nare profecto non est.

Quocirca gentilibus quoq; ipsi deterio-
res esse ait, qui proximorum salutem negligenter, sic dicere:
quis autem suorum, & maxime domesticorum providentiam
non gerit, fidem abnegauit, & est infideli deterior: Quid enim
hoc loco providentia nomine significari putas? An fortassis
necessariam largitionem? Equidem reor ipsum hoc nomine caritatem
anima significare voluisse, sin vero tu contentiose sensum tam
asserere malueris, sic quoq; sententia mea firmior ac validior ma-
nebit. Nam si de corpore hac dixit, eumq; qui vilem hunc
quotidianum cibum non præbet, tantis cruciatibus aduersus
gentilibusq; deteriorem esse ait: quonam tandem in loco place-
mus eum, qui id, quod longe maius & dignius est, magis ne-
cessarium, contemnit? Age itaq; colligamus peccata nostra in
gnitudinem, ac paulatim ascendentes ostendamus, quatenus
peccata omnia exuperat proximorum contemptus & neglectus
vsq; ad summum malignitatis verticem euadit. Est igitur pri-
mus malitie & iniquitatis gradus amicos aspernari, quia vi
inferiora sermonem reducamus: nescio enim quo pacto id mihi
penes effugerat; prior illa lex Iudæis tradita Exod. 23. & Deo
teronom. 22. ne iumenta quidem inimicorum despicias permi-
tit, sed siue illa deciderint, simul erigere: siue aberrauerint, re-
ducere.

Nonne negle-
ctus proximi
salutis gra-
uis.

ducere iubet. Est itaq; primus malitia & crudelitatis gradus ab infirmis ascendendo iumenta & pecora inimicorum & errantia, vel lapsa negligere. Secundus illo superior, inimicos ipsos negligenter curare. Quanto enim homo multis animalibus ad honorem prestat, tanto peccatum istud maius quam illud est. Tertius deinceps, fratres aspernari, si fuerint ignoti. Quartus, familiares quoq; despiciere. Quintus, cum non solum corpore verum anima quoq; fratrum pereunte desidemus. Sextus, si non familiaribus modo, verum ipsis quoq; liberis nostris pereuntibus negligimus. Septimus, cum nec alios quibus illi cura esse possint providemus. Octavus, cum & eos, qui id à seipsis facere instituant, arcemus atq; prohibemus. Nonus, cum non tantum illos prohibemus, verum oppugnamus quoque. Itaq; si primus & secundus & tertius eiusce facinoris gradus tanto supplicio afficiendus est: quantos ille meretur ignes, qui cunctos eos gradus ascendit.

*Auctoris ad Deum pro animarum
zelo deprecatio.*

§ **A**mem te Domine, amem te ex toto corde meo, & amore tui diligam & proximum meum, sicut meipsum. Illi ut mihi omnia bona velim, sed precipue illi ꝑ viribus procurem presentem & æternam salutem. Infirmer cum infirmis, vtar cum scandalizatis, omnibus omnia commiserationis affectu fiam, ut omnes lucrifaciam, & ne meus conatus inanis, ne labor irritus sit, affluenter Domine largire gratiam; quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed tibi vni debetur fructus & gloria, qui das incrementum & proventum Deus in secula benedictus.

